

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Coniugium m
cum uariis

Non est uxor ducenda sapienti, primum quia studia philosophie impedit, nec posse quemquam libris et uxori pariter inseruire. Multa sunt que matronarum usibus necessaria sunt, uidelicet preciose uestes, aurum, gemme, sumptus, ancille, suppellex uaria. Deinde per totas noctes garrule questiones: Illa ornatio procedit in publicum; hec honoratur ab omnibus, ego in conuentu feminarum misera despicior. Cur aspiciebas uicinam? Quid cum ancilla loquebaris? De foro ueniens quid attulisti? Non amicum habere possumus, non sodalem; alterius amorem suum suspicatur odium.

Hugo de sancto Victore in libello ad socium uolentem nubere.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

est *om.* P V¹ V² L¹ L²; studia] sapiencie *add. (del. intra)* M; posse quemquam] potest quisquam V² L¹ L²; procedit] precedit P V¹ V² L¹ L²; misera] miser C